ra cibos quos paratos ſenſerat demõſtraret: tũc
illa ꝑtē inq̄t vobis optimã reſeruauit ⁊ cõtinuo q̄
ſupfuerãt mēbꝛa detexit infantis ac illos repēte in
gens hoꝛroꝛ inuaſit ⁊ ĩmanis ſpectaculo animi irrigue
re vox ⁊ faucibus inclusa: illa xo truculēto vultu
⁊ ipſis p̄donibus truculētioꝛ meꝰ ē inq̄t filiꝰ ⁊ ꝑtus
⁊ meũ eſt facinꝰ edite: nã ego pꝛioꝛ comedi quem
genui. nolite vos effici aut mr̃e religioſioꝛes aut
femina molioꝛes qꝫ ſi vos pietas vincit ⁊ meos ex
ecramĩ cibos ego q̄ iam talibꝰ paſta ſũ his iterũ
paſcar. poſt hec illi ꝑterriti tremēteſqꝫ diſcedunt
q̄ hũc ſolũ ex oĩbꝰ facultatibꝰ miſe mr̃i cibũ relinq̄
rũt. ¶ Quare qñq̃ puniũt ĩnocẽs ⁊ nocẽs abſoluit̄. xxxi

NEmo ſe ꝯfidat exptē a pena q̄ ſe ſi nouit imu nē a culpa. q̄ ſtat videat ne cadat: nā ſepe dā nat innocēs ⁊ nocēs abſoluit. pi⁹ punit ⁊ ipi⁹ ho norat. Jeſus crucifigit et barrabas dimittit. ho die vir quietus inutil' vir religioſus ypocrita. vir ſimplex fatu⁹ reputat ⁊ deridet. vt ait Job. Ju ſti ſimplicitas lampas ꝯtēpta apud cogitatiōes diuitū. ¶ Incipit liber ſecundus.

¶ De culpabili hūane ꝯditōis ꝓgreſſu. Cap. i.

TRia ſolent hoīes affectare. ſ. opes: volupta tes: ⁊ honores. De opibus praua: de volup tatib⁹ turpia: de honorib⁹ varia et alia vana ꝓce dunt. Hic eni Joh. ait. Nolite diligere munduꝫ neqꝫ ea q̄ in mūdo ſunt. oē eni qd̄ eſt ī mūdo: aut eſt ꝯcupiſcētia carnis: aut oculoꝝ: vel ſupbia vite Concupiſcētia carnis ad voluptates. Cōcupīa o culoꝝ ad opes. ſupbia vite ptiet ad hōres. Opes generant cupiditatē ⁊ auariciā. voluptates pari unt gulā ⁊ luxuriā. hōres nutriūt ſupbiā ⁊ iactan tiam. ¶ De cupiditate Cap. ij.

NIchil eſt q̄ auaro ſceleſtius ⁊ nichil iniq⁹ q̄ȝ amare pecuniā. Vbū ſapiētis eſt qd̄ ꝯfirmat apl's di. Qui volūt diuites fieri icidūt i tēptatōeꝫ ī laqueū diaboli. ⁊ deſideria multa ⁊ iutilia ⁊ noci ua q̄ mergūt hoīes ī interitū ⁊ pditōeꝫ. Radix ē oīm maloꝝ cupiditas. Hec ſacrilegia ꝯmittit et furta rapinas exercet et p̄das bella gerit ⁊ hoīci dia ſimoniace vēdit ⁊ emit: iīq̄ petit ⁊ recipit ⁊ in iuſte negociat fenorat iſtat dol' ⁊ imīet fraudib⁹ diſſoluit pactū ⁊ violat iuramētū: corrūpit teſtioni um: ⁊ puertit iudiciū. ¶ De iniqs mūerib⁹ iij

C Onſule pphetã euãgelicaȝ yſayã Oēs inqͭ qui diligunt mũera ſequũtur tribulationes pupillo nõ iudicãt et cauſa vidue nõ ingredit̃ ad illos. Non ipſi p̄cedũt tribulationes: q: non iudicant amore iuſtitie ſȝ tribulatõnes p̄cedũt ipſos q: iudicant amore pecunie. ſemp enim ſequũtur largitiõeȝ vel pmiſſionē vel ſpem retributionis. et ideo pupillo non iudicant a q̄ nichil largit̃ aut promittitur vel ſperatur Audi cõtra hos prophetam yſayam. O pricipes infideles ſocij furũ quia omnes diligitis munera ſeqmini retributiones. nunq̄ excutitis manũ a munē niſi pri⁹ excludatis cupiditatem a pectore. ve vobis inqͭt propheta. Ezechiel. Principes eni quaſi lupi rapiētes predam et auare ſectãtes lucra. item pricipes ei⁹ in munerib⁹ iudicabũt ꝛ ſacerdotes ei⁹ in mercede docebant. et pphete eniȝ in pecunia diuinabant. ecõtra dñs per Moyſen precepit in lege Deutro. Judices ac magiſtros conſtitues in oĩbus ptibus tuis vt iudicēt populũ iuſto iuditio. nec in alterã partē declinēt nec accipies perſonã nec munera: quia munera excecãt oculos ſapiētũet ꝯmutant v̾ba iuſtoꝝ. ſed iuſte qd̄ iuſtũ eſt perſeqris vt viuas: et ideo dicit quod iuſtũ eſt: alij quod iuſtuȝ iniuſte: rurſ⁹ quidã iniuſte quod iuſtũ eſt: alij iuſte quod iniuſtuȝ eſt perſequitur

De acceptione perſonarum. Capm iiij.

V E vobis q̄ corrupti p̄ce vl' p̄cio q̄ tracti aõre vl' odio dicitis bonũ malũ et malũ bonũ ponētes lucē tēebras ꝛ tēebras lucē mortificãtes aĩas que nõ moriũtur: et iuſtificãtes aĩas q̄ nõ viuunt

Uos enĩ nõ attenditis merita cauſaꝝ:ſed merita
perſonaꝝ.nõ cura ſed munera:nõ iuſtitiã ſed pe
cuniã.nõ qḋ rõ dictet ſʒ qḋ volũtas affectet. non
qḋ lex ſentiat ſed qḋ mẽs cupiat.nõ inclinatꝭ ani
mũ ad iuſtitiã:ſed iuſtitiã inclinatꝭ ad animum
nõ qḋ licet hoc libeat.ſʒ vt liceat hoc libet.nunꝙ̈
in vobis ita ſimplex eſt oculus vt totũ corpus ſit
lucidũ:ſed aliquid ſp admiſcetis fermẽti quo to
tam maſſam corrũpitis.pauperẽ tamen cũ mora
negligitis.diuitũ cãm cũ inſtantia ꝓmouetis. in
illis rigorẽ oſtenditis.cũ iſtis ex manſuetudĩe di
ſpenſatis.illos cũ difficultate reſpicitis.iſtos cuʒ
fauore tractatis.illos negligẽt auditis.iſtos ſub
tiliter auſcultatis.Clamat pauper nullus exau/
dit.loquitur diues ꝛ oẽs applaudũt Eccl.Locu=
tus eſt diues ꝛ oẽs tacuerũt et verbũ eiꝰ vſʒ ad nu
bes ꝑduxerũt. Paup locutus ẽ ꝛ dicũt hic qs ẽ h.
ꝛ ſi oſtenderit ſubuertit illũ:clamat vim patiens
et nullus exaudit:vociferatꝭ ꝛ nõ eſt q̄ iudicet. Si
forte cãm paupum ſuſcipitis illos remiſſe fouetiſ
Cum aũt diuitũ cãm aſſumitis illos pertinaciter
adiuuatis Pauperes deſpicitis:diuites adiuua
tis vel honoratiſ. Iſtis reuerent aſſurgitis:illo de
ſpicabiliter conculcatis.ſed ſi introierit ait Iaco
bus apls. In conuentu veſtro vir anullũ habens
aureum in veſte candida et pauper in ſordido ha
bitu et intendatis in eũ qui indutus eſt veſte pre/
clara ꝛ dicitis ei tu hic bene ſede. ſed paupi dicitiſ
tu ſta il' ic/aut ſede ſub ſcabello pedũ meoꝝ. Nõ/
ne iudicatis apud voſmetipſos et facti eſtis iudi
ces cogitationũ iniquoꝝ. De vobis eni etcontra

vos dicit ꝓpheta Jere. Magnificati ſunt ⁊ ditati ſunt ⁊ incraſſati eā̄m pupilli non dixerunt: ⁊ iudicium pauperis nō iudicauerūt: ſed in lege precipitur in Deutro. Nulla erit diſtātia perſonarum ita paruū audietis vt magnū. nec accipietis cuiuſq̄ perſonam. ⁊ q2 dei iudiciū eſt: non enī acceptio perſonarū eſt apud deū

¶ De venditione iuſtitie Cap. v.

Vos aūt nō gratis gratiā datis: nec iuſtitiā iuſte redditis: q2 q̄ nō veīt nō preueīt nec datur niſi vendatur. ſepe em̄ iuſtitiā tm̄ differtis: vt litigantibus pluſq̄ totū aufertis: q2 maior ē ſumptus expenſe q̄ fruct⁹ ſentētie. In epi. ca. Quid aūt poteritis illi in diſtricto iudicio rn̄dere q̄ ꝓcipit in matheo. Gratis accepiſtis grati͛ date: lucrū in archa: damnū in cōſciētia: pecuniā hic captati͛ ſed aīam captiuatis. In matheo Quid ꝓficit hoī ſi vniuerſū mundū lucref: aīe vero ſue detrimētū patiaf. aut quā dabit hō cōmutatōem ꝓ aīa ſua! In pſal. Frater nō redimit: redimet hō ⁊ non dabit deo placationē ſuā: nec preciū redēptionis animē ſue: laborabit in eternū ⁊ viuet vſq3 in finem Audite ꝫ vos diuites. Jacob⁹ apl's i epl'a ca. Audite nunc diuites: plorate ⁊ vlulate in miſeriis veſtris q̄ aduenīēt vobis. diuitie vr̄e putrefacte ſūt ⁊ veſtimēta vr̄a a tineis comeſta ſunt. aurū ⁊ argētū veſtrū eruginabit. ⁊ erugo eorū erit vobis in teſtimoniū ⁊ mādūcabit carnes veſtras ſicut ignis Epl'a ca. Theſaurizati͛ vobis irā in nouiſſimis diebus. ecce merces operariorū veſtrorum q̄ meſſi fuerūt regiōes vr̄as que fraudata eſt a vobis clamat

⁊ clamor in aures dñi ſabaoth introiuit. ꝓpterea veritas p̄cipit in euangelio Mathei. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra vbi erugo ⁊ tinea demolitur: ⁊ vbi fures effodiūt ⁊ furantur.

¶ De inſaciabili deſiderio cupidorū. Cap. vi

Ignis inextinguibilis cupiditas inſaciabilis q̄s vnq̄ cupidus fuit voto content⁹ cū adipiſcitur quod optauerat deſiderat ampliora ſemꝑ inhiat in habendis ⁊ nunq̄ in habitis finem conſtituit. Eccl. Inſaciabilis eſt oculus cupidi ⁊ i ꝑtem iniquitatis nunq̄ ſaciabitur. Salo. Auar⁹ non implebitur pecunia. ⁊ qui amat pecuniā fructū non capit ex ea. Infernus ⁊ cupidus nunq̄ īplentur. ſimiliter ⁊ oculi hominum inſaciabiles. In parabo. Sanguiſuge due ſunt filie dicentes. Affer affer creſcit amor nummi: quantum pecunia creſcit.

¶ Quare cupid⁹ ſaciari nō pōt Cap. vij.

O Cupide vis ſcire quare ſꝑ es vacuus et nunq̄ impleris? Aduerte nō eſt plena mēſura. que quātūcunq; retineat adhuc capax eſt amplioris ſed human⁹ animus capax eſt dei. Apl's. Q̄ui q̄ adheret deo vnus ſpūs eſt cū eo q̄tūlibet ergo cō tineat auarus nunq̄ eſt plen⁹ niſi deū habeat cuius ſꝑ eſt capax. Si vis ꝗ o cupide ſaciari deſinas eſſe cupidus. q꞉ cū cupid⁹ fueris ſaciari nō poteris Apoſtolus. Nō eſt ꝗ conuentio lucis ad tenebras neq; chriſti ad Belial. q꞉ nemo pōt ſeruire deo' et mammone.

¶ De falſo nomīe diuitiaꝝ. Capitulū. viij.

O Falſa diuitiaꝝ felicitas alias facultas que diuitē efficis ꝟacił infelicē. Quid eſt falſius ꝙ

opes mūdi que diuitie nuncupant. Oppoſita ſt eſſe diuitē et egenū ⁊ opes mūdi nō auferūt ſꝫ af ferunt egeſtatē. Salomō. Magis eni ſufficit mo dicū paupi ꝙ plurim ū diuiti: qm̄ vbi multe diui- tie ibi multi ꝗ comedūt illas. Quot ⁊ quātis ma gnates indigeāt ipſemet experior. Opes itaqꝫ n̄ faciunt diuitē ſed egenū. Uniuerſificator ait. Cui ſatis eſt quod hꝫ ſatis illū conſtat habere. Cui ni chil eſt quod habet ſatis illū conſtat egere. Ergo facit virtus: non copia ſufficientem. Et non paup tas: ſed mentis hyatus egentem.

¶ De exemplis cōtra cupiditatē. Cap. ix.

Quā multos ſeduxit cupiditas: ꝙ plures per didit auaricia. Jnnumeri. Balaā aſellā re- darguit ⁊ pedē ſedētis attriuit: qꝛ captus cupidi ne ꝓmioꝝ diſponit maledicere in iſrael. Jn Jo ſue. Actor ppl's lapidauit: qꝛ tulit aurū ⁊ argētū de anathemate Jhertco in. iiij. Regū. Naboth in teremptus eſt vt achab vineā eius poſſideret Gie ziicoꝛ lepꝛa ꝑfudit: qꝛ petijt ⁊ recepit aurū et argē tum ⁊ veſtes ſub noīe Helizei. Jn mathe. Judas laqueo ſe ſuſpendit: qꝛ tradidit ⁊ vendidit xp̄m. Jn actibus apl'oꝝ Ananiam ⁊ Saphiraꝫ ſubito moꝛs extinxit: qꝛ de p̄cio agri defraudauerāt apo ſtolos. Zacharias edificauit. Edificauit tir⁹ mu- nitionem ſuā ⁊ coaceruauit aurū quaſi humuꝫ et argētū quaſi lutū platearū. ſed ecce dn̄s poſſide- bit eā ⁊ pcutiet in mari foꝛtitudinē ei⁹ ⁊ hec igne deuoꝛabit.

¶ De iiij poſſeſſiōe diuitiaꝝ. x.

Verū eſt ergo qđ Salo. pꝛoteſtatur multos perdidit aurū ⁊ argentū. qui autem aurum

diligit nõ iuſtificabit: ve illis q̄ ſectant illud. In pſal. Ecce ip̄i pctõres ⁊ abundantes in ſeculo ob/tinuerunt diuitias. Hinc v̄itas ip̄a p̄cipiebat apoſtolis. In Matheo. Nolite poſſidere aurũ nec argentũ neq; pecuniã in zonis veſtris: q̄ ſicut camelus non pōt pertranſire foramē acus: ita difficile eſt diuitē ad regnũ celoꝝ intrare. Arta eni ē via ⁊ anguſta porta p̄ quã itur ⁊ intrat ad vitã. Apl's q̄ ſecutus regulã v̄itatis aiebat. Argentũ ⁊ aurũ nõ eſt michi. Iſayas. Ve q̄ q̄ cõiungitis domũ ad domum agrum agro copulatis vſq; ad terminuȝ loci. Repleta eſt t̄ra auro ⁊ argēto ⁊ non ē ibi finis theſauroꝝ eius propt̄ iniq̄tateȝ auaricie eius tratus ſum et p̄cuſſi eã.

## De licitis opibus. Capm x.

Ceteroꝝ abraham diues fuit. et iob locuples. Dauid opulētus. ⁊ t̄n de abrahā dicit ſcp̄tura: q̄ credidit deo ⁊ reputatũ eſt illi ad iuſtitiam ⁊ de Iob dicitur Quia non erat ei ſimilis vir ſimplex in terra: et rectus ac timens deũ et recedens a malo. De dauid aũt dicit ſcriptura in li. Regũ. Q̄ deꝰ iuenit ſibi virũ ſm cor ſuũ At iſti fuerũt q̄ſi nichil habētes et oĩa poſſidētes. ſm illud Pſal. Diuitie ſi affluant nolite cor apponere: nos autē ſumꝰ oĩa poſſidētes: q̄ nichil h̄ntes. ſm il. Pſal Diuites eguerunt et eſurierunt. Facilius ergo inuenies qui diligit diuitias et non habet q̄ qui habet diuitias ⁊ non diligat. q̄ ſicut difficile eſt eſſe in igne ⁊ non ardere ⁊ ita difficilius eſt poſſidere diuitias ⁊ non amare. Audi prophetam Hieremiã. A minore vſq; ad maiorē oĩs auaricie ſtu-

dẽt:et a pphetavſq; ad ſacdotẽ faciẽt dolũ.

¶ De incertitudine diuitiaꝝ. Cap. xij

OMnis cupid⁹ ꝛ auarus contra naturã nitiẗ ꝛ molitur. Natura nãq; pauperẽ adducit in mundo:ꝛ pauperẽ reducit a mũdo. Nudũ enĩ terra ſuſcipit:et nud⁹ in terra recipieẗ. Cupid⁹ autẽ cupit ꝛ curat fieri diues in mũdo. In luca. Deſtruam inquit horrea mea ꝛ maiora eis faciã ꝛ illuc cõgregabo oĩa q̃ michi nata ſunt ꝛ omĩa bona mea ſed o ſtulte ſi in hac nocte rapietur aĩa tua a te: q̃ aũt paraſti cuius erunt? In pſal. Theſaurizas et ignoras cui congregabis ea. In pſal. Dormieẗ ſomnũ ſuũ ꝛ nichil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus ſuis. Diues cũ dormierit nichil ſecũ afferet aperiet oculos ſuos ꝛ nichil inueniet In pſal. Ne timueris cũ diues factus fuerit hõ:ꝛ cũ multiplicata fuerit gloria domus ei⁹. nõ eniꝫ cũ morietur accipiet hec oĩa:neq; ſimul deſcẽdet cum eo glĩa domus eius. ſed relinquit alienis diuitias ſuas:et ſepulchrũ eoꝝ domus eorũ in eternũ. Hinc etiam ſapiens teſtaẗ in ecclĩaſtes Qui aceruat ex nõ ſuo iniuſte aliĳs cõgregabit:et bõis ſuis alius luxuriabiẗ. per dolorem quẽ habebit hoſtẽ dimittet herodem.

¶ De ꝯtẽnenda poſſeſſione diuitiaꝝ Cap. xiij

CUra ad ꝯgregãdũ q̃s inſiſtit cũ ſtare nõ poſſit ille q̃ ꝯgregat. Job. Nã quaſi flos egreditur et ꝯteriẗ ꝛ fugit velut vmbra: ꝛ nunq̃ȝ in eodẽ ſtatu ꝑmanet. cur multa deſideret cũ pauca ſufficiũt? Apĺus. Habentes inquit victũ ꝛ veſtitũ his contenti ſitis. Cur neceſſaria cũ multa ſollicitu-

dine querant cum ipſa ſine magna difficultate ſe
oſtendāt. Audi quid ſup hoc Veritas dicit in euan.
Mathei. Nolite ſollicitieſſe dicētes q̄d mā̄duca
bimus aut q̄d bibemus: aut quo operiemur. ſcit
enī pater veſter celeſtis qꝛ his oīb⁹ īdigetis. q̄ri=
te ḡ primū regnū dei et iuſtitiam ei⁹ et omīa hec
adijcientꝛ vobis. nunq̄ vidi iuſtū derelictū nec ſe=
men eius querens panem.

## ¶ De auaro ꝛ cupido Cap. xiiij.

SAlomon. Tantalus ſitit in medijs vndis: ꝛ
auar⁹ eget in opib⁹ cui tantū eſt q̄d hꝫ q̄tū ē
q̄d nō hꝫ: qꝛ nūq̄ vtiꝛ acq̄ſitis: ſed ſp̄ inhiat acq̄rē
dis. In ꝓabo. ſalo. eſt q̄ſi diues cū nichil habeat.
ꝛ eſt quaſi paup cū in multis diuitijs ſit. auarus
ꝛ infernus ſīles ſunt: vterq; comedit ꝛ non dige/
rit: recipit ꝛ non reddit. auar⁹ nec patiētib⁹ ꝯpa
titur: nec miſeris miſereꝛ. ſi offendit deū offēdit
ꝓximū ꝛ offendit ſeipm. Nā deo detinet debita ꝓ
ximo denegat neceſſaria ꝛ ſibi ſubtrahit oportūa
In eccl'a. Uiro cupido et tenaci ſine rōe ꝛ ſubā et
homini inuido acq̄rit aurū. et qui ſibi neq̄ ē: quō
alijs bonus erit ꝛ iocūdabitur in bonis ſuis? Qui
habet ſubām huius ſeculi ꝛ viderit frēm ſuum ne
ceſſitatē hr̄e ꝛ clauſerit viſcera ſua ab eo quō cari
tas dei manet in eo? Non ei ꝓximū ſuum dil igit
ſicut ſemetipm: quē inedia perimit egeſtate cōſu
mit. Neq; eni deum diligit ſuper oīa: cui prefert
aurū preponit argentum.

## ¶ Cur auaricia dicaꝛ ydoloꝝ ſeruit⁹. Cap. xv

REcte diffinit ap'l'us. Auaricia eſt ydolorum
ſeruit⁹. ſicut enī ydolatra ſeruit ſimlachro

ſic ⁊ auar⁹ fuit theſauro. Nã ille cultum ydola
trie diligẽter amplificat: ⁊ iſte cumulũ pecunie li
benter augmentat. ille cũ omĩ diligentia colit ſi
mulachꝛũ: ⁊ iſte cũ oĩ cura cuſtodit theſauꝝ. ille
ſpem ponit in ydolatria: ⁊ iſte ſpem põit in pecu-
nia. ille timet mutilare ſimulachꝛũ: ⁊ iſte tiet mi
nuere theſaurum.

¶ De quibuſdã ꝓꝛietatibus auari. Ca. xvi.

Auarus ad petendũ pꝛõptus: ad dandũ tar-
dus: ad negandũ fructuoſus: ſi qd expẽdit
amittit totũ triſtis: querul⁹: moꝛoſus: et ſollicit⁹
ſuſpirat: ⁊ ãxiat dubi⁹: heret: ĩuit⁹ expendit: ma-
gnificat datũ: ſed vilificat dandũ. dat vt lucratur
ſed nõ lucrat vt det. largus ĩ aliẽo: ſed pc⁹ ĩ ꝓpo
gulã euacuat vt archã impleat. coꝛp⁹ extermĩat
vt lucrũ extendat. In Eccl. Manuꝫ habet ad dã
dum collectã: ſed ad recipiendũ poꝛrectã. ad dã
dum clauſam: ſed ad recipiendũ apertã. Poꝛꝛo
ſubſtãtia iniuſtoꝛũ ſicut fluuius exiccabitur. qꝛ q̃
male congregat cito diſpgit. Juſtũ iudiciuꝫ vt q̃
de malo ꝓueniũt: ad malũ ꝓueniant. nec accedat
ad bonũ quod non ꝓcedit de bono. Auarus & ha
bet dãnationẽ vite q̃ nunc ẽ et future.

¶ De gula. Capitulum. xvij.

Initiũ vite hoĩs pãis ⁊ aq̃ ⁊ veſtimẽtũ ⁊ dom⁹
ꝓtegẽs turpitudinẽ: nũc aũt guloſis nõ ſuffi
ciunt fruct⁹ arboꝝ: nõ grana leguminũ: nõ radi-
ces herbaꝝ: nõ piſces maris: non beſtie terre: nõ
aues celi: ſed querũt pigmẽta: cõparãtur aroma
ta nutriũtur altilia: capiũtur obeſa q̃ ſtudioſe co
quũtur arte cocoꝝ qui laute parant officio mini-

ſtroꝝ. Alius cōtendit ꝛ colat: alius reficit et confi
cit ſubām ꝯtit in accn̄s: naturā mutat in artē: vt
ſaturitas tranſeat in eſuriē: vt faſtidiū reuocet i
appetitū: ad irritandū gulā: nō ad ſuſtētandum
naturā: nō ad neceſſitatē ſupplēdā: ſed ad auidi
tatē explendā. ceterū tā breuis ē gule voluptas vt
ſpacio loci vix ſit q̄ttuor digitoꝝ ſpacio tēpis. vix
ſit totidē momentoꝝ. cōtēnit mediocritas: et ſup
fluitas affectat. In diūſitate ciboꝝ ꝛ varietate ſa
porū auiditas neſcit modū: ꝛ voracitas neſcit mē
ſurā: ſꝫ inde grauat ſtomach⁹: turbat ſenſus: op
p̄mitur intellect⁹: et inde non ſalus ꝛ ſanitas: ſed
morbus ꝛ mors. In eccl. Noli auid⁹ eſſe in omni
epulatione ꝛ nō te effundas ſup oēm eſcā In mul
tis eni nō deerit infirmitas: et propter crapulam
multi obierūt. Eſca ventri ꝛ venter eſcis deus aūt
ꝛ hunc ꝛ has deſtruet.

¶ Exempla cōtra gulam. Capitulū. xviij.

Gula carū tributū exigit: ſed viliſſimū reddit
ꝛ q̄to deliciora ſunt cibaria tāto fetidiora ſūt
ſtercora. Turpi⁹ egerit qd̄ turpit ingerit. ſupius
ꝛ inferi⁹ horribilē flatū exp̄mens et abominabilē
ſonū emittēs. In gen̄. Gula p̄adiſū clauſit: p̄mo/
genita vendidit: ſuſpendit paſtorē: decollauit ba
ptiſtā. In Math. Nabuzardā princeps equoꝝ
templū incēdit ꝛ totā hierl'm euertit. In da. Bal
thaſar in cōuiuio manū ꝯtra ſe ſcribentē aſpexit
mane. theſel phares eadē nocte interfectus eſt a
caldeis. Sedit ppl's manducare ꝛ bibere ꝛ ſurre
xerunt ludere. Sed adhuc eſca eoꝝ in ore ipſoꝝ: ꝛ
ira dei aſcendit ſuper eos. Qui epulabantur vo

luptuoſe interierũt in viĳs. In luca. Diues ille q̄
epulabat̄ q̄tidie ſplēdide ſepultus eſt in inferno.

¶ De ebrietate Capitulum. xix.

Quid turpiꝰ eſt ebrioſo cui fetor in ore: tremor in corpe: q̄ ꝓmit ſtulta: ꝓdit occulta: cui mēs alienat̄: facies transformat̄? Salo. Nullũ eniꝫ ſecretũ vbi regnat ebrietas. Fecũdi calices nūq̄ fecere diſertum. Porro nõ ſufficit vinũ: nõ ſicera: ñ ceruiſia: ſed ſtudioſe ꝯficit̄ mulſum: ſiropꝰ: claretũ: labore multo: ſollicitudine multa: ſumptu nõ modico: ſed inde cõtentões et rixe: lites ꝛ iurgia. In eccl̄. Uinũ eni multũ paratũ alias potatũ: vt ait ſapiens. Irritationē ꝛ iram ꝛ ruinas multas facit. In eccl̄ia. ꝛ Oſee. Fornicatio ꝛ vinũ et ebrietas auferunt cor. ꝓpterea dicit apl̄s. Fugite vinũ in quo eſt luxuria. Ebrioſa res vinũ ꝛ tumultuoſa ebrietas. Iere. Filĳ iachain ꝛ filie zacharie vinuꝫ ꝛ ſicerā ꝛ oē qđ inebriare poterat nõ biberũt

¶ Exempla ꝯ ebrietatem Cap. xx

EBrietas eni noe nudauit inceſtũ cõmiſit In libro Regũ. Filiũ regis occidit ꝑncipē exercitus iugulauit. verũ eſt qđ Sal̄. ait. Uacātes potibus ꝛ vacātes ſymbola conſũmũtur. Et Iſayas Ue qui cõſurgitis mane ad ebrietatē ſectandam ꝛ potandũ vſqꝫ ad veſperā vt vino eſtuetis. Cithara ꝛ lira tympanũ ꝛ tuba ꝛ vinũ in cõuiuĳs veſtris. Ue qui potentes eſtis ad potandũ vinũ: ꝛ viri fortes ad miſcendũ ebrietatem: ecce gaudiũ ꝛ letitiā occidere vitulos ꝛ iugulare arietes: cõedē carnes ꝛ bibere vinũ. Comedamus ꝛ bibamus cras eniꝫ moriemur: ꝛ reuelata eſt vox ī auribus veſtris vox

dn̄i exercituū. Si dimittaꝛ hec iniquitas nobis do nec moriamini. ve corone ſupbie Effraim ſacerdo tes ꝛ pphete neſcierūt pre ebrietate abſorti ſunt a vino: neſcierunt videntē ꝛ ignorauerūt iudiciū. Proch pudor cū ad pnūciandū euangelicā lecti onem cū a quodā patre benedictio peteret heſter nam crapulā et nocturnā ebrietatē eructuās fert alta voce dixiſſe potū bibuorū ſuoꝝ bn̄dicat rex āge loꝝ. ¶ De luxuria hoīs. Cap̄ xxi

POrro turpiꝰ mat ebrietas filiā generat tur= piorē. In aplo. Iuſtū eſt enī vt qui in ſordi/ bus ē ſordeſcat adhuc. ōs adulterātes q̄ſi clibāꝰ accēſus a coquēte. Ceperūt furere p̄ncipes a vino venter enī opide ſatur libenter venerē amplexat O extrema libidīs turpitudo q̄ nō ſolū mentem effemiat ſed corpꝰ eneruat. nō ſolū maculat aīam ſed fedat pſonā. Apl's Oē nāq; pctm̄ qđ hō facit extra corpꝰ ē. q̄ aūt fornicat in corpus ſuū peccat Semper ardor illā p̄cedit ꝛ petulentiā ſemp co= mitatur fetor ꝛ immūdicia ſemp ſequuntur dolo res ꝛ penitentia. Salo. Fauꝰ enim diſtillās labia meretricis ꝛ nitidiꝰ oleo guttur eius. Nouiſſima āt ipiꝰ amara q̄ſi abſinthiū ꝛ acuta q̄ſi gladiꝰ bi= ceps. ¶ De gn̄alitate luxurie. Cap. xxij.

FAmiliaris eſt inimicꝰ habitās nō pcul ſ; pe pe: nō tm̄ exteriꝰ ſ; interiꝰ. Iob. Uā virꝰ eius in lumbis eiꝰ ꝛ fortitudo eiꝰ in vmbilico vētris eiꝰ Nunq̄ fugatur niſi cū fugitur. nūq̄ mactatur ni ſi cum maceratur ad cauſam exigit libertatem et abundantiam. ſed repetit ad effectum: facultatē ꝛ adiacentiam. Hec omnem etatem corrumpit.

oēm ſenſū cōfūdit.oēm ordinē ſoluit.oēꝫ gradū
peruertit. Jnuadit eni ſenes ⁊ iuuenes. mares ⁊
femīas. prudētes ⁊ ſimplices. ſuperiores ⁊ inferio-
res. ad extremū etiā ſacerdotes q̄ nocte venerē li-
bent̄ amplexātur mane virginē venerant̄. turpe
dictu: turpius auditu. ſꝫ turpiſſimū actu. dici eni
liceat vt agi nō libeat. nocte filiū veneris agitant
in cubili. mane filiū virginis offerūt in altari.

¶ De diuerſis ſpēbus luxurie. Cap̄. xxiij.

Quis eni multiplices ſpēs valeat ſufficienter
explicari. Hec eni penthapolim cū adiacen
ti regione ſubuertit. Sichē cū pp̄lo ʒodomitica
interemit. hec ⁊ oēs filios iude percuſſit. Judeā
⁊ madianitā pugione transfodit tribū Beniamī
ꝓ vxore leuite deleuit filios Hely ſacerdotis pro-
ſtrauit in bello. Hec Uriam occidit: amon interfe
cit: preſbyteros lapidauit. Hec Rubē maledixit.
Samſonē ſeduxit. Salomonē ꝑuertit Jn eccl̄ia.
Uerū eſt ꝙ qđ legitur ꝓpter ſpeciem mulieris mł
ti perierunt. Nam vinū ⁊ mulieres faciūt apoſta
re ſapientes et arguūt ſenſatos. Salo. Hec mul-
tos vulneratos deiecit: et fortiſſimi viri quinq̄ in
terfecti ſunt ab ea. Uie inferi dom⁹ eius penetrā-
tes interiora mentis. Hec vires eneruat: ſenſus
diminuit: dies conſumit: opes effundit. ⁊c̄.

¶ De coitu cōtra naturā. Cap̄. xxiiij.

Hec ignominioſa ʒ morphoſim operatur quā
tn̄ apl̄s ad Romanos nō cōfidit noīare. pro
pterea inqt Tradidit illos de⁹ ī paſſiōis ignomi
nie. Nā femine eoꝝ cōmutauerūt naturalē vſū ieū
qui eſt contra naturam. ſimilit̄ ⁊ maſculi relicto

naturali vſu ſeſe exarſerūt in deſiderijs ſuis inui
cē maſculi in maſculos turpitudinē turpi⁹ opan
tes. quid hac turpitudine turpi⁹? quid hoc crimi
ne crimīoſius? in lege quaſi paria cōiungunt cō-
cubitus maris cū maſculo. ⁊ coit⁹ hoīs cū iumēto
Sic enī legit in leuitico. Cū maſculo nō cōmiſce
beris coitu femineo: q² abominatio eſt. Cū peco-
re nō coibis neqꝫ cū eo maculaberis vtriqꝫ par pe
na ſubſcribit. qui dormierit inqt cū maſculo: coi-
tu femineo morte moriatur: vtriqꝫ operati ſūt ne
phas Qui cū iumento dormierit morte moriatur
pecus quoqꝫ occidite. Qui hꝫ aures audiēdi au/
diat: imo qui deſpicit nō reſipiſcat.

¶ De pena huius ſceleris. Cap. xxv.

PEna docuit quid hec culpa ꝓmeruit. In ge/
neſi. Pluit enī dñs ſup zodomā ⁊ gomorrā
ſulphur ⁊ ignē de celo. Noluit dñs cuiqꝫ angelo
rū vel hoīm executionē huius pene cōmittere: ſed
ſibi ipſi vindictā huius ſceleris reſeruauit. ſm il-
lud in Geneſi. Mea eſt vltio ⁊ ego retribuam: ⁊ iō
pluit dñs a dño videlicet a ſemetipſo nō ymbrem
vel rorem: ſed ſulphur ⁊ ignem. ſulphur ſuper fe
torē luxurie: ignē ſup ardorē libidinis. Quaten⁹
pena ſimilis eſſet culpe: nec miſiſſe dicitur ſꝫ plu
iſſe quatenus ipſo verbo magnitudinē ⁊ abūdan
tiam pene notaret nemini pepercit oculus eius.
ſed omēs ſimul extinxit. vxorem Loth que retro
reſpexit in ſtatuam ſalis mutauit: nec ſolū vrbes
ſed etiam totaꝫ regionē in mare merſus eſt vt val
lem ſalinarū conuertit. Apoſtolus. Horrendum
eſt igitur incidere in manus dei viuentis: q² quā-

to maiorē ſue lōganimitatis exhibet patientiam
tanto duriorē ſue ſeueritatis infert vindictam

¶ De ambicioſo Capitulū. xxvi.

Opes itaqꝫ cupidus cōgregat et auar⁹ ꝯſuat voluptates. guloſus deguſtat. et luxurioſus exercet honores. ambicioſus affectat: ꝛ ſupbus ſe extollit: ꝛ ambitioſus ſp attēdēs ne qd dicat vl' faciat qd in oculis hoim valeat diſplicere. huilitatē ſimulat. honeſtatē mētiꝛ. affabilitatē exhibet. ꝛ benignitatē oſtēdit. ſubſeqtur ꝛ obſeqtur. cunctos honorat. vniūſis inclinat. frequētat curias. viſitat optimates. aſſurgit ꝛ ōplexaꝛ. applaudit ꝛ adulatur. bene nouit illud poeticū Ouidi⁹ de arte. Et ſi puluis erit null⁹ tamē excutet illum Promptus eſt ꝛ feruid⁹ vbi placere cognouit. remiſſus ꝛ tepid⁹ vbi diſplicere putauerit. Improbat mala: deteſtaꝛ iniq: ſed alia cū alijs ꝓbat ꝛ improbat vt iudiceꝛ ydoneus ꝛ reputeꝛ acceptus vt laudeꝛ ab oībus: vt a ſingulis appetaꝛ. Ecce grauē intus ſe ſuſtinet pugnā: difficilēqꝫ cōflictuꝫ dū iniquitas pulſat animū ꝛ ambitio cōtinet man⁹: ꝛ quod illa ſuggerit faciendū hoc fieri nō ꝑmittit Concludūt tamē mater ꝛ filia adinuicē: iniqtas ꝛ ambitio. Nā mater in aperto ſubſiſtit: et in occulto filia non reſiſtit. hec ergo vēdicat ſibi publicū illa ſibi ſecretum. Ambitioſus libenter agit d' ꝓncipatu quē ambit ꝛ dicit. O qn principabitur ille q ſeuer⁹ ſit in iuſtitia: pi⁹ i mīa q nō deuiet amore vel odio corrūpat prece vel ꝑcio: qui credat fidelibus ꝛ acquieſcet ſimplicibus: qui ſit humilis et benign⁹: larg⁹ ꝛ manſuet⁹: patiēs ſapiēs ꝛ aſtut⁹

¶ De nimia ꝯcupiſcētia ambitōis. Cap. xxvij

SI forſan hac arte nō ꝓficit recurrit ad aliaꝫ
adducat ſimoniā ⁊ accedat ad Giezi ꝑ hunc
q̄ ab illo nititᷣ emere qđ ꝑ ſe nō p̄ualet obtinere:
ſupplicat ⁊ ꝑmittit: offert ⁊ tribuit: proh pudor
grām quā gratis adipiſci nō potuit ꝑ phas et ne
phas nititᷣ obtinere nec deſiſtit adhuc ſed inſiſtit
⁊ inuadit violentᷣ honorē ⁊ ipudentᷣ accipit digita
tē. Amicoꝝ ſuffragio: preſidio ꝓpinq̄ꝝ: tantoqꝫ
inflāmatᷣ ambitiōis ardore: tāta libidīe p̄ſidēdi:
vt ſciſma nō horreat: ſcandalū ne formidet. In li
bro Regū. Sꝫ Giezi lepra ꝑcuſſit ⁊ Simon perijt
cū pecunia. Chore cū cōplicibꝰ ignis cōſūpſit. et
Dathā et Abiron terra viuos abſorbuit. Apl̄us.
Nullus itaqꝫ aſſumat ſibi honorē: ſꝫ q̄ vocatᷣ a dō
tanq̄ aaron. ¶ Exemplū de ābitioſo. xxviij

LIquidū ambitōis exēplū reṗitᷣ de Abſalōe
in libro Regū. q̄ cū aſpiraret ad regnū fecit
ſibi currus et equites ⁊ q̄nquaginta viros q̄ eum
precederent. Et mane conſurgens abſalon ſtetit
iux̄ introitū porte: ⁊ oēꝫ virū q̄ hēbat negocium vt
veniret ad regiſ iudiciū vocabat ad ſe: ⁊ dicebat. d̄
q̄ ciuitate es tu? q̄ rn̄dens aiebat. ex vna tribu iſrł
ego ſū ſ͛uꝰ tuꝰ. Rn̄debat ei abſalō. videtᷣ mihi ſer
mōes tui boni ⁊ iuſti: ſꝫ nō eſt q̄ te audiat ꝯſtitutꝰ
a rege. dicebatqꝫ ei abſalō. Quis me ꝯſtituit iudi
cē ſuꝑ terrā vt ad me veniant oīs q̄ habent nego
ciū vt iuſte iudicē: ſed cum accederet ad eum ho=
mo ⁊ ſalutaret eum extendebat manum ſuam: et
apprehendens oſculabatur eum. Faciebatqꝫ hoc
omni Iſrael. Cūqꝫ abijſſet abſalon in ebrō: miſit

exploratores in vniuerſas tribus iſrael dicẽs: ſta tim vt audieritis clãgorẽ buccĩe dicite: regñbit ab ſalon in ebron. et facta eſt ꝯiuratio valida pplſq; cõcurrens augebat cũ abſalone.

¶ Ꝙ breuis ẽ vita miſera magnatũ Ca. xxix

SEd eſto qꝺ ſublimet in altũ ꝓmoueatur ad ſummũ cure ſtatim creſcũt ſollicitudines cu mulantur: extendunt ieiũia: vigilie ꝓducuntur: ex quibꝰ natura corrũpit: infirmat ſpũs: corrũpit ſõnus: amittit appetitus: debilitat virtus: corpꝰ attenuat. Et ſic in ſeipõ deficiẽs nõ dimidiat dies ſuos: ſed miſerabilẽ vitã miſerabiliori fine cõclu dit. Uerũ eſt illud poeticũ. In ſe magna ruunt ſõ niſq; negatũ eſt ſtare diu tollũtur in altũ vt lapſu grauiora ruant. Ueriꝰ eſt aũt illud ꝓpheticum in pſal. Uidi impium ſuperexaltatũ et eleuatũ ſup ce dros libani. Tranſiui ⁊ ecce nõ erat qui eũ cogno ſceret. Queſiui eũ ⁊ non eſt inuentus locus eius. Job. Anteq̃ dies eius impleant peribit. ledetur quaſi vinea in p̃mo flore botrus eius: ⁊ ſicut oliua florem ꝓducens. Audi ſuper hoc ſñiam ſapiẽtis. In eccl. Oĩs potentatus vita breuis.

¶ De diuerſis ꝓꝑetatibꝰ ſupbor. Ca. xxx.

STatim aũt vt ambicioſus ad honorẽ ẽ ꝓmo tus in ſupbiã extollit: in iactantiã effrenat nec curat ꝓdeſſe: ſed gliatur p̃eſſe. preſumit ſe me liorẽ q: cernit ſe ſupiorẽ: ac bonũ facit nõ gradus ſed virtꝰ: nõ dignitas: ſed honeſtas. priores dedi gnat: amicos notos ignorat: comites contemnit antiquos: vultũ auertit: viſuꝫ extollit: ceruicẽ eri git: faſtũ oſtendit: grandia loqtur: ſublimis cogi

tat: ſubeſſe non patitur: preeſſe moliꝶ: p̄latis infe
ſtus: ſubditis oneroſus: moleſtia nõ ſuffert: cõce/
pta non differt: preceps ⁊ audax. glioſus ⁊ arro=
gans: grauis ⁊ importunus

¶ De ſupbia ⁊ caſu luciferi. Ca. xxxi.

SUperbia cũctis ĩportabilis oĩbꝰ odioſa: inꝶ
oĩa vicia tu ſp̄ es prima: tu ſp̄ es vltĩa. Nam
oĩe pctm̄ te accedẽte cõmittiꝶ: te recedẽte dimit
tiꝶ. In eccľ. Scriptũ ē. Initiũ oĩs pcti eſt ſupbia
Job. Primogenita mors: hec inter ipa rerũ pri=
mordia creaturã ꝯ creatorẽ erexit: ãgelũ ꝯ deum
ſed eũ abſqꝫ mora deiecit qui in veritate non ſte=
tit: ab innocentia in pctm̄: a delicijs in miſerijs: a
celo empireo in aerem caliginoſum. Audi iſayã
ꝓphetam. Quomõ cecidiſti Lucifer qui mane o=
riebaris: q̄ dicebas in corde tuo. In celũ aſcẽdã
ſuper aſtra celi exaltabo ſolium meũ. Sedebo ſu
per montẽ teſtamẽti in lateribus aquilõis. Aſcẽ
dam ſup altitudinẽ nubiũ ⁊ ſimilis ero altiſſimo
Ezechiel. Tu ſignaculũ ſimilitudinis plenus ſa
piẽtia ⁊ perfectus decore in delicijs padiſi dei fui
ſti. Oĩs lapis p̄cioſus operimentũ tuũ: ſardis to
paſius ⁊ iaſpis criſolitus onix ⁊ berillus ſaphirꝰ
carbũculus ⁊ ſmaragdus aurũ opus decoris tui.
Tu cerub extenſus ⁊ ꝓtegẽs ⁊ poſuite in mõte ſã
cto dei in medio lapidũ ignitoꝝ: corã me ambula
ſti perfectus in vijs tuis a die ꝯditõnis tue donec
inuẽta eſt iniq̄tas in te. peccaſti ⁊ eieci te de mõtẽ
dei: eleuatũ eſt cor tuũ in decore tuo et in fra ꝓie=
ci te. Job Cedri nõ fuerũt altiores illo ĩ padiſo dĩ
abietes nõ eq̄uerũt ad ſũmitatẽ eiꝰ: platani non

fuerũt equales frõdib⁹ illi⁹. Oē lignũ ꝑadiſi ꝑci
oſũ nõ eſt aſſimulatũ pulcritudini eius: qm̃ ꝑcio-
ſum fecit eũ in multis cõdẽſis frõdib⁹. Job. Jpe
eſt rex ſuper oēs filios ſupbie. In apoc. Jpe ē dra
co magn⁹ rufus hñs ſeptē capita ⁊ cornua decem
et in capitibus ſeptē diademata cuius cauda tra
hebat tertiã partē ſtellarũ celi: et miſit illas ĩ ter
ram ⁊ ꝓiectus eſt ille draco magnus ſerpēs anti
quus qui vocatur diabolus ⁊ ſathanas q̃ ſeduxit
vniuerſum mundum ⁊ ꝓiectus eſt in terra et ãge
li eius cũ eo miſſi ſunt de quo veritas ait in luca.
Videbã ſathanã quaſi fulgur de celo cadentem.
Nã omnis qui ſe exaltat humiliabit: et qui ſe hu
miliat exaltabitur.

¶ De arrogantia hoim. Capitulum. xxxij.

Superba preſumptio ꝑſumptuoſa ſupbia que
nõ ſolũ ãgelos deo voluit adeq̃re: ſ3 hoĩes ꝑ/
ſump̃ſit deificare. porro q̃s erexit deꝑſſit et q̃s ex/
altauit huĩliauit. Hic ait dñs ꝑ ꝓphetã Ezechiel
Fili hoĩs dic ꝑncipi tuo tyri. Hec dicit dñs de⁹ eo
ꝙ eleuatũ ē cor tuũ q̃ſi cor dei. Et dixiſti. De⁹ eni
ego ſũ. Cũ hõ ſis ⁊ nõ de⁹ es Jdcirco ego addũcã
ſuper te robuſtiſſimos gentiũ ⁊ inficiēt te. ⁊ in in
teritu morieris occiſoꝝ. in Daniele. Nabuchodo
noſor q2 iactantiã vel potentiã ſuam ſupbe iacta
uit. Et ait. Nõne enim hec eſt babilon quã ego e-
dificaui in domũ regni ⁊ ĩ robore fortitudĩs mee
⁊ in glĩa decoris mei. Cũ adhuc ſermo eēt in ore re
gis vox de celo ruit. tibi dr̃ Nabuch. rex regnũ tu
um trãſit a te ⁊ ab hoĩb⁹ te eiciēt ⁊ cũ beſtijs feris
erit hĩtatio tua. fenũ q̃ſi bos comedes: ⁊ ſeptē tp̃a

mutabūtur ſuper te donec ſcias ꝙ excelſus dn̄s eſt
in regno hoīm ⁊ cuicūq; voluerit det illō, eadē ho-
ra ſermo cōpletus fuit ſuper Nabuchodonoſor.
verū eſt ꝗ qd̄ legitur in pſal. Homo cū in honore
eſſet non intellexit: comparatus eſt iumentis in-
ſipientibus ⁊ ſimilis factus eſt illis. ſuperbia tur
rim euertit ⁊ linguā confudit. ꝓſtrauit goliam ⁊
ſuſpendit aman ⁊ interfecit nichanorē: et ꝑemit
anthiochū. pharaonē ſubmerſit. In eccl̄. Sedes
ducum ſupboꝝ deſtruxit deus ⁊ radices ſuperbo
rum gentiū arefecit.

De abominatōe ſuperbie. Capi. xxxiiij.

Quā deteſtabilis ſit ſuperbia. dn̄s ipſe per ꝓ
phetam Amos teſtatur. Iurauit dn̄s deꝰ in
anima ſua dicit dn̄s exercituum. deteſtor ego ſu-
perbiam Jacob. Exinaniuit dn̄s in ſuperbia. Si
oblitus fuero vſq; in finem omnia opera eoꝝ. vn-
de inter illa ſex ſunt que dn̄s odit: ſeptimum dete
ſtatur anima eius. In parabol̄. Salo. Primum
ponit oculos ſublimes: id eſt ſuperbiā. Iſayas.
Dies domini exercituū ſuper oēm ſuperbum ⁊ ex
celſum et ſuꝑ oēm arrogantē ⁊ humiliabit ⁊ ſuꝑ
oēs cedros libani ſublimes et erectos et ſr̄ oēs q̄r
cus baſan: ⁊ ſuꝑ oēs mōtes excelſos et ſuꝑ oēs col
les eleuatos ⁊ etiā ſuper oēm turrim excelſam: et
ſuꝑ oēm murū munitum: ⁊ incuruabitur ſublimi
tas hoīm: ⁊ humiliabitur altitudo virorum: pro-
pterea dilatauit infernus aīam ſuam: ⁊ apuit os
ſuū abſq; vllo termino ⁊ deſcendent ſublimes glo
rioſiq; eius ad eū dominus exercituū cogitauit hec
vt detraheret ſupbiā omnis glīe. Job quoq; dicit

Si aſcenderit vſq; ad celū ſupbia ⁊ caput eiꝰ nubes tetigerit quaſi ſterqliniū in fine pdet.

¶ Cōtra arrogantiā ſupborū. Cap. xxxiiij.

OMnis fere victioſus diligit ſibi ſimilē ſuperbus aūt elatū. Vñ Salo. in pabo. Int ſuperbos ſemp ſunt iurgia. et vbi fuerit ſupbia ibi erit ⁊ cōtumelia. Supbus inſolita geſtit: ⁊ cōſueta faſtidit magnū reputat ſi loq dignet maximū ſi ſurgat ⁊ amplexet: eſtimat plus dignitatē ab ipo q̄ ipm aſſecutū a dignitate. nūq̄ vult vti paternitatis affectu: ſed ſemp vti dñatōnis impio. Iſayas. Supbia eius ⁊ arrogātia eiꝰ et indignatio eius pluſq̄ fortitudo eiꝰ reuoluit i aīo. Q̄d legit i euāgelio Luce. Facta ē cōtentio int diſcipulos ieſu: quis eoꝝ videret maior. Et ait illis ieſus. Reges gētiū dñant eoꝝ ⁊ q poteſtatē hñt int eos benefici vocant: vos aūt nō ſic: ſed q maior ē inter vos ſic minor erit: et qui pceſſor eſt fiet ſicut miniſtrator et Petrus apkoꝝ magiſter in epła ca. non q̄ſi dominantē in clero: ſed forma facti gregis in aīo. Dñi eſt tra ⁊ plenitudo eiꝰ. vnus ē ē deus vnꝰ eſt dñs. ceteri nō ſunt dñi ſed miniſtri: quibus indicitur dñium ⁊ interdicit miniſteriū. Audi ſuper hec ſapientē in eccłi. Rectorē te poſuerūt noli extolli: ſed eſto in illis quaſi vnus ex ipſis.

¶ Cōtra fraudē ambicioſoꝝ. Cap. xxxv.

FIlij zebedei q per interuentū matris honorē poſtulauert a xpo in Luca. Dic inqt vt ſedeant hi duo filij mei: vnꝰ ad dextrā: alius ad ſiniſtrā tuā in regno tuo meruerūt audire. Neſcitis quid petatis: nō honore ſ; onere pueniet ad regnū.

Unde dñs ſubdit. Nõ eſt meũ dare vobis meũ eſt quidẽ dare: ſʒ nõ vobis. ſ. ãbitioſis q̃les vos eſtis lʒ a deo omnis ptãs ſit. ſupbi tñ regnãt ſibi ⁊ non ex deo. ſm illud ꝓpheticũ Oſee. Ipſi regñuerũt et nõ ex me. ṗncipes extiterũt ⁊ nõ cognui eos.

¶ De ꝓprietatibꝰ arrogantiũ. Ca. xxxvi

SUperbus amat ṗmas cathedras in ſinagogis: ṗmos recubitꝰ in cenis: ṗmas ſalutationes in foro: et vocari ab oĩbus rabi: nõ noĩe pſõe ſed noĩe fortune vult appellari. nõ vt hõ: ſʒ vt ds vult honorari. ſedet ſublimis: ĩcedit excelſꝰ. vult oẽs ſibi aſſurgere: ſingulos ĩcliare. Porro pħs quidã volẽs arrogantiã cuiuſdã regiſ eludere cũ vidiſſet eũ in throno regali ſedere ſublimẽ ꝓſtratus in terrã ſuppliciter exorauit. et ꝯfeſti nõ inuitatus aſcendẽs iux̃ eũ ꝯſedit. qđ rex vehementer admirãs eo ꝙ noſceret illũ eſſe pħm: q̃d hoc egerit exquiſiuit. Pħus vero rñdit. aut deus es aut hõ. ſi deꝰ debui te adorare. ſi hõ potui iuxta te ſedere. Rex aũt rõem cõuertens ꝯ pħm intulit. imo ſi hõ ſum nõ debuiſti me adorare: ſi deus nõ debuiſti iuxta me ſedere. ſapienter iſte reſpondit: ſed ille prudenter illuſit.

¶ De ſuperfluo cultu. Caꝑ. xxxvii.

PRimi parẽtes fecerũt ſibi pizomata pꝰ pctm̃ ꝯ̃ra xp̃o dicit xp̃ianis. In luc̃. Non aũt duas tunicas habeatis. ſed iuxta Johãnis conſilium. Qui habet duas tunicas det vnã nõ habenti. ſupbus aũt vt magnificꝰ videat ſatagit veſtiri duplicibꝰ. Indui mollibꝰ ṗcioſis ornari. Sed q̃d ẽ hõ ṗcioſis ornatus niſi ſepulchrũ foris dealbatum:

intus aūt plenus ſpurcitia: iacinctus ꝛ purpura:
coccus et biſſus in limo putreſcūt. aurū et argētū
lapides ꝛ gēme in luto ſordeſcunt: dignitas ꝛ po
teſtas male iacēt in puluere: honor ꝛ glīa male ſe
dēt in cinere. Quid ꝙ ſupbe filaterria dilatas ꝛ ma
